



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Geschichte der geistlichen Stiftungen, der adlichen Familien, so wie der Städte und Burgen der Mark Brandenburg

[Urkunden-Sammlung für die Orts- und spezielle Landesgeschichte]

Riedel, Adolph Friedrich

Berlin, 1849

XXXI. Hauptmann Nicolaus Falcke besätigt Namens des Landesherrn der Elendenstiftung in Brietzen eine Schenkung, am 1. Juni 1352.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-54022](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-54022)

Quatenus, assistente et accedente unanimi univerforum civium consilio voluntate et consensu, super subsequente articulo plenarie concordavimus cum ipsis seu contraximus ut in toto, scilicet super quocunque coloratore et ubicunque et de quacunque regione aut patria hic fuerit, nimirum pannicide nec non pannifices inducendo seu distrahendo concordet et contentanei coeffecti fuerint, Dummodo hic Colorator, quem sibi attrahunt et inducunt, probus ac ydoneus nec infamis fuerit quoquomodo noster etiam concivis fore cupiens atque volens. Hunc coloratorem volumus et debemus in omni jure et in omni necessitate sibi imminente defendere et gubernare nec non proplacitare, alios sicut concives nostros, quibus angaria opportunitatis si incumberet vel instaret. Vt autem hec premissa sine calumpnia permanfura valeant et persistant, ipsum presens scriptum nostrorum civium consilio prout super id cohabito nostre civitatis sigilli sigillari fecimus cum pice communiri. Testes sunt Johannes Caesar, Bernhard Rodeke, Nicol Olcappen, Wilhelmus Lamborch, Georgius de sehufen, Nicol. de Ritz pro tunc consules et quam plurimi alii ad hoc vocati credibiles prout fide digni. Datum et Actum super consultorio in Bricen, Anno Dominice incarnationis Anno CCCLI in vigilia nativitatis Domine nostre nec non virginis ineffabiliter venerande.

XXXI. Der Hauptmann Nicolaus Falcke bestätigt Namens des Landesherrn der Elendensifftung in Briezen eine Schenkung, am 1. Juni 1352.

In nomine Domini Amen. — ego Nicolaus falcko miles, magnifici principis ac preclari domini, domini Ludowici Romani Marchionis Brandenburg. in Briezen capitaneus, notum fieri cupio univerfis tam presentibus quam futuris, quorum audiencie presens scriptum deferetur, publice profitendo, quod ex mandato, consensu, jussu et commisso domini mei pretacti Marchionis Brandenburgensis donacionem quindecim denariorum usualium in Civitate Brizzen in censu annuali iacencium super quinque domus ibidem, quarum tres site sunt prope catheractam, que vulgo cynglus nuncupatur, alie due ex altera parte dotis versus valvam, quorum proprietates denariorum ad ipsum spectat, per Ottonem jacobi pie reminiscencie, ibidem quondam civem, Kalendis exulum in honorem dei omnipotentis inibi factam, presencium tenore ratifico parte dicti domini mei prout possum et confirmo; dictos quindecim denarios yconomis tactarum exulum Kalendarum proprietatis jure conferens ipsisque Kalendis eosdem denarios perpetuo anectens, nullo jure domino meo predicto Marchioni Brandenburgensi in eisdem denariis nec suis heredibus amplius penitus reservato. Et ut hec prenomina omnia stabilitatem et robur perpetue recipiant firmitatis, presens hec littera super hec est tradita et presentis mei sigilli munimine communita. His presentibus testibus subnominatis videlicet Thid. Selftrank, Jenekino de tzentitz, fritzcone de Wefenick, strenuis famulis et consulibus in Brizzen legalibus viris ac honestis nec non aliis quam pluribus in omnibus fide dignis. Datum anno domini Millefimo trecentesimo Lij, feria quinta proxima ante festum penthecostis.